Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 417
Quelle:
Copyright:

tuſtate evanuere. Libro huic ſubjectum: *Explicit Liber Veteris Teſtamenti. Incipit Liber Novi Teſtamenti.*

Expulerat primogenitum ſeuiſſimus anguis. &c.

Ad calcem: *Explicit Liber II. Novi Teſtamenti.* (Reipſa I. ſed totius Operis II.) *Incipit Liber III. Novi Teſt.*

Prima ſuę dominus thalamis dignatus adeſſe &c.

Terminatur vero in hoc verſu:

Et ſpeciale bonum cum ſit generale reuoluum.

Poſt quem: *Explicit Liber Tertius. Incipit Liber Quartus.*

Jam placidas iordanis item transgreſſus harenas &c.

Ad hujus porro calcem: *Finit Liber Quartus Novi Teſt. Incipit Liber V.*

Has inter virtutis opes iam proxima paſchę &c.

ſed ante v. *Ergo vbi cuncta boni completa eſt paſſio chriſti*, repetitur haec eadem Inſcriptio.

Ad calcem demum totius Operis: *Explicit Liber Quintus Novi Teſtamenti.* Lectionem ejus ope *Codicis* noſtri non uno loco juvari poſſe, jam e ſupra adlatis patet, maxime advocato etiam in conſilium Codice antiquiſſimo *Taurinenſi*, cujus extant Specimina T. II. *Codd. Mſs. Biblioth. R. Taurin. Athenaei* p. 245. Illud addo: marginibus *Noſtri* frequenter a coaeva manu adjecta eſſe Argumenta ſeu Summaria, lineasque gloſſis adſperſas, quae tamen ſub finem L. III. rareſcere incipiant. *Fol.* 45. p. 2. *Libro* nobis V. verſu:

Peniculo infuſum calamo porrexit acetum

τῷ *Peniculo* ſubpoſitum eſt γλωσσημα *Zagalibban* diminutivum vocis Teutonicae *Zagel Cauda*, *Penis;* unde *Codicem* in *Germania* ſcriptum infero. Ultimo obſervo, περικοπην illam:

Salve Sancta Parens enixa Puerpera Regem &c.